Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tento · et ait illis · Dormi
te iam et requiescite · Su
ficit · Venit hora · Ecce
tradetur filius hominis
in manus peccatorum ·
Surgite eamus · Ecce
qui me tradet prope est ·
Et ad huc eo loquente ·
venit iudas scarioth unus
de duodecim et cum illo tur
ba multa missa a sum-
mis sacerdotibus et scribis
et senioribus · Dederat au
tem traditor eius signum
eis dicens · Quemcunque
osculatus fuero ipse est
tenete eum et ducite caute ·
Et cum venisset · statim
accedens ad eum ait ·
Rabbi · Et osculatus est
eum · At illi miserunt
manus meas et tenue
runt eum · Unus aut
de circumstantibus edu-
cens gladium percussit
servum summi sacerdotis ·
et amputavit illi auri
culam · Et respondens
ihs ait illis · Tamquam
ad latronem existis cum
gladiis et lignis comp-
hendere me · Cotidie
apud vos eram docens
in templo · et non me
tenuistis · Sed ut imple
rentur scripture · Tunc
discipuli eius relinque
tes eum omnes fugerunt